UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Suspensiones aliquot in particulari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

tur ab uſu Pontificaliû?

renſem jurisdictionem exercere. Layman *lib.1.t.5 p 3 c.1.n 6 p.5.t.10 reſ.4.*

A collatione minorum Ordinum? Vel ab adminiſtratione Sacramentorum.

6. Cæterùm, ſuſpenſus à collatione tantùm minorum Ordinum, non cenſetur ſuſpenſus à collatione majorũ, & ſecundùm Layman, ſuſpenſus ab officio confirmandi, non cenſetur ſuſpenſus à conſecrando vel ordinando; quia quamvis hæc illo majora ſint, non ſunt tamen connexa. Suſpenſus item ab audiendis Confeſſionibs, vel ab adminiſtratione Sacramentorum, non cenſetur prohibitus celebrare; quia celebratio Miſſæ non ſolet comprehendi ſub miniſterio Sacramentorum. Præpoſitus *in 3 p q.3 dub 2 n 18 p.5.t.10. reſ 6.*

An valeat ſuſpenſio Diſiunctiva (ab officio, vel beneficio.)

7. Cauſæ ſuſpenſionis eædem ſunt, ac aliarum cenſurarum, & de iis diximus V *Cenſura* Hic ſolum proponemus tria dubia, duo circa cauſam formalem, unum circa materialem. Primum dubium circa formam: An ſuſpenſio diſiunctiva, *ab officio, vel beneficio* teneat: Henriq. *l.13. c.22.n.4 in gloſ lit E*, & DD communiter apud Hurtadum *de ſuſp diſſ. 4. n.11* reſpondent negativè: quia non eſt maior ratio, quòd reus ab uno potius, quam ab alio, ſuſpenſus maneat. Ipſe verò Hurtadus reſpondet affirmative: nam Confeſſarius poteſt imponere in pœnitentiam hoc vel illud; & judex damnare aliquem ut ferat aliquot verbera, vel ſolvat certã pecuniam Et nulla eſt ratio negandi in judice poteſtatem obligandi reum, ut acceptet utramlibet ex his cenſuris *p.5 t.10. reſ 13.*

Et lata ſub hac forma (ſit ſuſpenſus.)

8 Secundum dubium: An ſuſpenſio lata ſub hac forma, *ſit ſuſpenſus*, ſit valida & à quo ſuſpendat? Bizozerus *de ſuſp. c. 1.n.13.* refert opinionem aliquorũ, quod ſit invalida? quia imperitia judicis non debet obeſſe reo: & aliquorum, quòd ſit valida, & ſuſpendat ab eo, in quo reus deliquit. Ipſe verò tenet, & validam eſſe, & privare tum officio, tum beneficio quemadmodum dum dicitur, *ſit excommunicatus*, intelligitur de excommunicatione majori. Vide Mercerum *in 3 p q 24. dub.1.* & Gordonum *to.2, lib.7. q. 14. c 2 nu.7 p.5 t.10. reſ.14.*

9. Tertium dubium circa materiam: An ſuſpenſio contrahi poſſit pro culpa aliena? Negat Cajetanus V. *Suſpenſio*; quia nemo puniri debet ob culpam alterius, *c.2. de conſt. & c. 2. de his. quæ fiunt à maj part. c.C. de pæn.* Affirmavit vero D. Thomas *in 4. diſt 18 q.2. art 3. q. 2. ad 2.* quem ſequitur Cornejo *in 3. p. tract 5. diſput 3 dub. 2 q.1.* & ad argumentum Cajetani reſpondet, locum habere in ſuſpenſione unius particularis: non autem quando ſuſpenditur ſimul collegium: nam tunc ſufficit culpa plurium, vel ſuperioris, juxta *c ſi ſententia, de ſent excom. in 6.* quia ſuſpenſio non privat bonis pertinentibus ad propriam animam *p.5.t.10. reſ. 27.*

Et an contrahi poſſit pro culpa aliena?

SVSPENSIONES
Aliquot in particulari.

De ſuſpenſione Benedictinorum utentium habitu prohibito.

1. MOnachi Benedictini præſcripto habitu non utentes, incurrunt ſuſpenſionem *Clement.1. § ſi quis autem, de ſtatu Monach* Excuſantur autem, tum ex inadvertentia, vel ignorantia huius Bullæ; quia fertur in eos, qui habitum prohibitum *portare præſumpſerint* quæ verba important dolum, & temeritatem, tum ex parvitate materiæ, ſi deferant ad breve tempus. Immo Suarez *diſt.31 ſect.6.n.10.* non incurrere eos inquit, niſi habitum prohibitum pro ordinario deferant, *p.5.t.20. reſ 44.*

Clericorum ſimiliter prohibitas veſtes ferentium.

2. Clericus utens veſtibus prohibitis, incurrit ſuſpenſionem *c. de vita, & hon. cler & Clem.2. eod* Cornejo *diſp 4. caſ. 13.* Excuſatur tamen ab Avila *p. 3. diſp. 5. dub 8* ſi utatur occultè, ut domi in ſtudio, vel ſub aliis veſtibus abſconditis, vel ſi occurrat iuſta cauſa, ut doctoratus nuptiæ, vel ſimile factum Et Enriquez *l.13.c.39. nu 3.* teſtatur, eſſe quorundam Recentiorum opinionem, quod hæc ſuſpenſio uſu abrogata ſit, *part.5. tom.10. reſ.51.*

Concubinariorum.

3 Clericus publicè concubinarius eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſecundùm Navarr, *c.29.n.67 per c. ult. de cohab cler & mulier c. ſi qui ſunt, d.81. q. 8. & c. Sacerdos, diſt 50*

Sed Suarez *ſect*. 4. *à n*. 10. ait cum Soto, hanc etiam ſuſpenſionem derogatam eſſe per non uſum, additque, nec ſatis ex citatis teſtibus colligi, ſuſpenſionem hanc eſſe latæ ſententiæ, *p*. 5. *t*. 10. *reſ*. 49.

Suſcipiens Ordines durante matrimonio.

4. Quomodo ſuſpenſio contrahatur per malam Ordinis ſuſceptionem dictum V. *Ordinis ſubiectum, & ibid. n*. 48. Hic nota, quod ſi quis durante matrimonio ſacros Ordines ſuſcipere præſumeret, incurreret ſuſpenſionem Extravag *Antiquæ*. Ioan XXII. à qua abſolvi non poſſet, pro miniſterio poſt mortem uxoris, vel pro aſcenſu ad alios altiores, aut pro capacitate officii, vel beneficii Eccleſiaſtici, niſi per Papam, aut in approbata Religione profeſſus per diœceſanum. †intellige de illis Religionibus, quæ non communicant in privilegiis Mendicantium†. Sed quia Bulla lata eſt contra præſumentes, non ligaret ſuſcipientem ignoranter, aut bona fide Præpoſitus 3 *p q*. 3. *dub*. 5. *n* 40 *p*. 5. *t*. 10, *r*. 59.

Et Epiſcopi ordinantis non ſubditum vel in aliena diœceſi ſine licentia.

5. Incurreret etiam ſuſpenſionem Epiſcopus ordinans Clericum non ſubditum ſine dimiſſoria, vel in aliena diæceſi ſine licentia Vide V *Ordinis*, *n*. 42 Clericus ſodomita non incurrit ſuſpenſionem. Vide V *Clericus ſodomita*.

SVSPENSIONES *Effectus*.

SUSPENSUS *ab Ordine, ſi exerceat Ordinem ſuſpenſum fit irregularis.*

1. PRæcipuus ſuſpenſionis effectus eſt, quod exercens actum, à quo eſt ſuſpenſus, ſi materia eſt gravis, peccat mortaliter, & ſi eſt actus Ordinis, incurrit irregularitatem Papalem *c* 1 *cum medicinalis, de ſent. excom in* 6. *c* 1. *de ſent. & re iud. in* 6. *c ſi quis Epiſcopus in conſilio, & c ſi quis Epiſcopus damnatus* 11 *q* 3. quam non bene Maiolus extendit ad uſum beneficii, vel iuriſdictionis, ut ait Suar. *diſp*. 26. *ſect* 2. *n* 6. Qui *n*. 3 bene advertit ſuſpenſum, quoties excuſatur à culpa, excuſari etiam ab incurrenda irreg *p*. 5. *t*. 10. *reſ*. 9.

Secus, ſi ad ſuperiorem aſcendat Vel ſuperiorem exerceat.

2 Suſpenſus ad Ordine, ſi ad ſuperiorem Ordinem aſcendit, non fit irregularis: quia hoc non exercitium Ordinis, Vide V *Ordinis n*. 10. Idem dico cum Cornejo *tr*. 5 *diſp*. 2. *q*. 5 ſi ſuſpenſus ab inferiori, exerceat actum ſuperioris, quia non exercet Ordinem, à quo directè ſed à quo indirectè, & per conſecutionem ſuſpenſus eſt, *p*, 5. *t*. 10. *reſ*. 5. §. Verum, circa medium.

Vel Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, celebret cum illis

3. Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, celebrando in Pontificalibus, non fit irregularis: quia non eſt ſuſpenſus à ſubſtantia celebrationis, ſed ſolum quoad ſolemnitatem accidentalem. Avila *p*. 7. *diſp*. 9. *ſect*. 2 *dub*. 2 *p* 4 *t*. 2. *reſ*. 92. § *Notandum, & p*. 5 *t*. 19 *reſ* 4 § *Sed difficultas*.

Nec fiunt irregulares Suſpenſus à concionando. Vel à ſuſceptione ſacramentorum, ſi contraveniant. Aut Clericus ſuſpenſus ab officiis, ſi illis aſſiſtat ut laicus.

4 Non incurrit irregularitatem ſi cõcionetur, etiam ſolemniter ſuſpenſus ab officio concionandi, quia concionari non eſt per ſe actus Ordinis. Tannerus *tom*. 4 *diſp*. 6. *quæſt*. 10. *dub*. 7 *n*. 137 contra Navarrum *c*. 27 *n*. 173. *p* 5 *t*. 10 *r*. 30. Eadem eſt ratio de ſuſceptione ſacramentorum ab eo, qui ab eorum ſuſceptione ſuſpenſus erat Bonacina *de cenſ. diſp*. 3. *pun*. 4. *n* 6. *p*. 5 *t*. 10. *reſ*. 26. Et Eadem de clerico ſuſpenſo ab officiis divinis, ſi illis aſſiſtebat tanquam laicus Filliucius *to*. 1 *ar* 17 *c* 2 *num* 32. contra Sylveſt. V *Suſpenſio*, *q* 5. *p* 5. *tr*. 10 *reſ* 12

Actus iuriſdictionis procedentes à ſuſpenſo denunciato, ſunt irriti. Actus vero Ordinis, validi.

5 Peres: An acta ſuſpenſi ſint valida? Reſpondeo, actus jurisdictionis eſſe invalidos, niſi ſit occultus, in quo caſu ſupplet defectum Eccleſiæ, ſed ſi non eſt denunciatus, invitatus ab aliis, validè & licitè juriſdictionem exercet, ut de excommunicato tolerato dictum eſt ſuo loco Suarez *diſp*. 26 *ſect* 2 *n*. 2 Actus autem Ordinis ſunt validi, etiam in denunciato, præter abſolutionem ſacramentalem, quæ eſt etiam actus juriſdictionis: quam ſi non eſt toleratus, invalidè exercet: unde, ſi eſt toleratus, valide etiã abſolvit Victoria *de clav n* 227. contra Sotũ *in* 4 *d* 22 *q*. 1. *a* 5. *conc*. 2. *p*. 5 *t*. 10 *r*. 52

SUSPENSUM *non tenemur vitare in actibus à quibus ſuſpenſus eſt*

6 Alter effectus ſuſpenſionis communiter aſſignatur, quòd poſt denunciationem nemo poſſit cum ſuſpenſo cõmunicare in his, à quibus ſuſpenſus eſt Quod cum Navarro *c*. 27 *n* 163 eatenus verum puto, quatenus quis cooperaretur illi in delicto, ob quod fuit ſuſpenſus

vel